

Imj

testimonia quae non sunt ex hebreorum libris & finita con-
tentio est. hoc diximus quia praesens capitulum cum insensu unum sit
in uerbis discrepat. Ad cuius explanationem quimus post decimum
in isaiam liber incipit. Lauda sterilis que non paris decanta lau-
dem; & hinni que non pariebas. quomodo plures filii deserte quam
eius que habet uirum. dicit dominus. Lxx. Letare sterilis que non
paris etiam & clama que non parturis. quia plures filii deserte
magis quam eius que habet uirum. Symmachus locum ita
interpretatus est. Letare sterilis que non peperisti gaude in ex-
ultatione. Et hinni que non parturisti. plures enim filii dis-
sipate magis que erat sub uiro. A quo theodotus & aquila propter
paucis uerba non discrepant. Post natiuitatem saluatoris &
ordinem uitae atque uirtutum passionem crucis & resurrectionis
gloriam quando ponens animam suam uidit semetipsum longe uivum & in sen-
tentia sua ipse iustus iustificauit plurimos. Et fortium diuisit
spolia & transgressoribus rogauit dantes locum paenitentiae
transit ad uocationem gentium. Et qui in illo sunt credituri
pleno sermone describit. Quem quidem locum & paulus apostolus
sub nomine sarrae & isaac refert ad ebraeos. quod prior popu-
lus de monte sirna. & agar seruiat cum filiis suis. sequens autem
liber sit de quo dicitur etiam. Letare sterilis que non paris. erupe
& clama que non parturis. quia plures filii deserte magis quam
eius que habet uirum. et statim. nos autem inquit fratres secundum
isaiam re promissionis filii sumus. Sed sicut tunc qui secundum
carnem naturae prequaerunt eum qui secundum spiritum ita & nunc. sed
quid dicit scriptura. Ecce ancilla & filium eius non erum eres erit